Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



54

qd actur sis. hic enim homo ciuis roman est. Accedens
autem tribunus dixit illi. Dic mihi. ciuis roman es. At ille dixit.
Etiam; & respondens tribunus. Ego in multis summa ci
uitatem hanc consecutus sum; & paulus ait.
Ego autem & natus sum; Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum
tortu ri erant. Tribunus quoq; timuit. postquam
re- sciuit quia ciuis romanus esset. & quia alli
gas set eum. Postera autem die tribunus uolens
sci re diligentius qua ex causa accusaretur
ali deis soluit eum. & iussit sacerdotes conue
nire & omne concilium. & producens paulum statuit
eum int illos.

Intendens autem concilium
paulus ait. Viri fres. pomnia conscientia bona conuersatus
sum ante dm. usq; in hodiernum diem. Princeps
autem sacerdotum ananias. precepit astantib; sibi
percutere os eius; Tunc paulus ad eum dixit. Percutiet te
deus paries dealbate. & tu sedens iudicas me secdm
legem. & contra legem iubes me percuti; & qui astabant
dixerunt. Sumum sacerdotem dei maledicis. Dixit autem paulus.
nesciebam fres. quia princeps sacerdotum est. Scriptum enim.
Principem ppli tui non maledicis. Sciens autem paulus quia Cap. 23.
una pars esset saduceorum & altera phariseorum. exclamauit in concilio. Viri fres ego phariseus sum. filius pha
riseorum. de spe & resurrectione mortuorum. ego iudicor.
Et cum hoc dixisset. facta est dissensio inter phariseos &
saduceos. & soluta est multitudo. Saducei enim dicunt
non esse resurrectionem. neq; angelum. neq; spiritum esse.
Pharisei autem utrumq; confitentur. Factus est autem clamor
magnus. & exurgentes quidam phariseorum pugnabant
contra alios dicentes. Nichil mali inuenimus in homine